

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Passio a  
cum fontibus primis

Inspice uulnera pendentis,  
sanguinem morientis, precium  
redimentis,  
cicatrices resurgentis.



illud ipsum, quod in eo derident superbi,  
inspicite quam pulchrum sit; internis  
luminibus  
inspicite uulnera pendentis,  
cicatrices resurgentis,  
sanguinem morientis, pretium  
credentis, commercium  
redimentis.

Augustinus Hipponensis, *De sancta  
uirginitate*, 54, 55 (CSEL 41, J. Zycha  
ed., p.300, ll.15-18).

Caput habet inclinatum ad  
osculandum,  
cor apertum ad diligendum, brachia  
extensa ad amplexandum, totum corpus  
expositum ad redimendum. Hec quanta  
sint cogitate;

hec in statera uestri cordis appendite  
ut totus uobis figatur in corde  
qui totus pro uobis fixus fuit in cruce.

Augustinus in libro de uirginitate.

Quid aliud videre poterimus, nisi  
caput inclinatum ad  
vocandum et parcendum,  
cor apertum ad diligendum, brachia  
extensa ad amplexandum, totum corpus  
expositum ad redimendum? Haec quanta  
sint, cogitate  
vos qui doletis:  
haec in statera vestri cordis appendite,  
ut totus vobis figatur in corde,  
qui pro vobis totus fixus fuit in cruce.

Augustinus (pseudo) Belgicus, *Sermones  
ad fratres in eremo commorantes*, 32  
(PL 40, col.1293).